

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej**

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. 3068 III, k. 40va–41rb

Odczyt: Maciej Mikula

Artykuł 107 [Gn. 100]

[107]^a De iudicio aliquem in querela impedire. Capitulum C^b,^{-a}

Nunc attendatis super eo, si scultetus aliquem impediatur seu^c impedierit in sua querela et sibi iusticiam non fecerit, et hoc sibi iniuste recusatur. Si pro eo coram [k. 40vb] castellano aut avvocato impulsatus fuerit cum testibus, extunc ipsum cum testibus evadere oportet. Cum quolibet testimonio super iudicem quam tali \vdash o^d \vdash iudicio ipsum evadere, sive sint scabini aut alii astantes iudicio. Si autem coram iudicio bannito hoc fuerit actum, tunc melius vinci potest cum testibus iure, quam ipse testibus possit evadere. Si autem vir voluerit cedere a testimonio et ipsum inculpate pro suo scitu, de quo unica manu evadere potest. Quando querimonia super ipsum facta fuerit coram avvocato pro hac causa, pro eo respondere tenetur sine mora, ita quod sibi sit iudicium bannitum, quia oportet ibi ipsum esse presentem, nisi legale impedimentum, statim probare oportet. Si hoc ostenderit et non nominaverit, et hoc per iniusticiam facere denegaverit se excusat sua iniuria, quam excusaverit, et se ad iusticiam exhibere [debet], extunc comendetur avvocato se castellano in decem talentis idem scultetus et ille suum debitum, de quo facere iu[k. 41ra]sticiam denegavit. Quod impedimentum statim iusticiam vacat, et medio quo illa \vdash vacat^d \vdash non solvit solus, aut se iure excusaverit iudicio proximo, tunc nullus iudex esse potest, nisi se ex culpa exemerit, secundum ut est premissum. Si autem pro facto criminali, pro quo iudicium facere recusavit, sicut pro vulneribus aut homicidio, aut furto, aut spolio, aut ecclesie violencia, aut incendium [s], aut hiis similia [s], que crimina capitalia tangunt, etiam idem iudicium super eum, quod super illum ire debuit, pro eo nec recompensa[m], nec aliquid facere potest, si in hiis causis vincitur, ut est iuris. Si autem unus vir pro delicto in captivitatem publicam presentatus fuerit ad tenendum iure, ipso amiserit aut si evaserit absque sua culpa aut negligencia pro crimine, quod transit ad collum, pro eo solvat integram recompensam. Si autem pro manu, tunc mediam solvat recompensam et homicidium hoc ipsum iuramento probare tacto sacramento oportet, si sibi [k. 41rb] parcere voluerit, quod ipsum absque omni culpa sua evaserit seu amiserit. Integra recompensa facit xviii talenta, media autem recompensa facit novem talenta. Ubi etiam vir promiserit iuramentum coram iudicio pro enormibus verbis aut depilatione, aut verberibus, aut effusione sanguinis, de quo solitus dimitti non potest, nisi voluntas fuerit iudicis et consensus etc.

^{a-a} czerwonym inkaustem; ^b C nadpisane na CIII; ^c przerobione z sue; ^d skreślone przez autora podstawy

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik, sędzia, odpowiedzialność, przeszkoda, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kradzież, zranienie, zabójstwo, podpalenie, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga, kościół]